

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2682

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

quod Anglico *to Settle et Sunset* adfine.

LVIII.

R. 1542

Codex membranaceus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 198. 4. maj. valde eleganter exaratus, rubricis distinctus, literaque principali maxima deaurata et picturata insignis, quondam Collegii S. J. *Graecensis* in *Styria* complectitur praemisso *Calendario Psalterium Davidicum* cum Canticis biblicis et Precibus, et *Hymnarium* superposita inter lineas singulis vocibus interpretati-

Saliger der man der niht gie in dem rate der ubelen unde an dem wege der sündare niht  
*Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non*  
 stant unde an dem stule der suchte niht faz. Sunder in der é gottes  
*stetit. et in cathedra pestilentie non sedit. Sed in lege domini &c.*

Uberem hic Glossarum messum esse, facile quis sibi persuadebit, eamque, dum in *Graecensi* Collegio degeret, auxit Vir plurimarum literarum *Guil. Brinkius* nunc *Annaeo Gymnasio Viennae* Praefectus; e Codice enim biblico *Salisburgi* 1469. exarato variam lectionem signavit in margine, quam exempli caussa per aliquot Psalmos hic juvat adscribere. Pf. I. fecus decursus, *bi der runste*, *Salisb. bei dem Ablauf*. Prosperabuntur, *daz wirt frastmütich*, *Salisb. die werdent geluksam*. Pulvis, *der stovb*, *Salisb. das gestupp*. Iter, *die vart*, *Salisb. der Steig*. Pf. II. Convenerunt in unum, *chomen zesamene*, *Salisb. sammeten sich in ain*. Subfannabit, *beskerenet*, *Salisb. verunwirdiget*. In furore suo, *in herzmüte sin*, *Salisb. in seiner tobheit*.

one germanica ab eadem manu. In *Calendario* Festum S. *Blasii* 3. Febr. celebratur cum Octava, S. *Oswaldus* 5. Aug. miniatus est, *Martio* *Cumegundis*, *Zacharias* Proph. *Longinus*, *Gerdrudis*, *Joseph* tardius accessere, ad 4. *Octobr.* in margine a prima manu adjectum: *Gebolf de secawe*; unde, quemadmodum etiam e dialecto interpretis, probabile fit, Codicem in *Styria* aut *Carinthia* scriptum fuisse. Ut autem Specimen ex illo proferam, *Psalterium* ita dispositum est:

Cum tremore, *mit pibenunge*, *Salisb. mit klopfen*. Qui confidunt in eo, *die da getruwent an ime*, *Salisb. die sich versehent an in*. Pf. III. Non est salus ipsi in deo eius, *niht ist heil ir in got ir*, *Salisb. ir ist nit behalt sam an iren got*. Ego dormivi et soporatus sum, *ich stief unde entsniphbet was*, *Salisb. ich stief und mich slüffert*. Salvum me fac, *geheilige mich*, *Salisb. mach mich behalten*. Contrivisti, *ze multest du*, *Salisb. du hast zermüscht*. Salus, *das heil*, *Salisb. die behalt sam &c*. Singulae Psalmorum *Quinquagenae* Litera cubitali auro coloribusque illustri distinctae sunt. Fol. 132. p. 2. succedunt *Cantica biblica* cum Symbolo *Athanasii*, *Oratione Dominica* et Symbolo Apostolico. Ex his *Canticum Magnificat* adscribam: *Lo- bet*

bet dir seie mein got, unde frovt sich gaist miner in got heiles meines. Want er sach die diemüte der dirne sin. Zeware bie uon salich mich heizent elliv gestalte. Want er tet ze mir groziv dinch der gewaltich ist vnde heilich name sin, unde genade sin uon gestalte in gestalte fürbtenten in. Er tet gewalt in arme sinem, er storte die übermuten nach willen herce sines. Er entsacete die gewaltigen uon dem stule unde erbube die diemüten. Die hungrigen erfulte er gutes, unde die richen liez er itel. Er enpbiensch israael kint sinez gebugich der genade sin. Als er gerett hat ze uateren unseren abraham unde gestalte sinem eweblichen. Addam et dominicam Orationem: Vater unser du bist in den himelen. Geheiliget werde din name. Zu chüm uns din rich. Din wille werde bie uf der erde als da ze bimele. Du gib uns unser tagelichez brot huite unde laz uns schulde unser als wir lazen scholaren unseren. Unde niht uns verleite in debein chorunge, sunder erlose uns uon ubele. Daz werd war.

Fol. 144. p. 2. ab insigni litera capitali auspicatur *Hymnarium* ecclesiasticum pro Festis Domini et SS. et quidem ab Hymno: *Primo dierum omnium, quo mundus extat conditus* &c. nunc ita emendato: *Primo die, quo trinitas beata mundum condidit* &c. Neque hic a Glossis quibusdam rarioribus decerpendis abstinere manum. Ocius, *Drate*. Preces, *Dige*. Sordibus, *Achosten*. Claritas, *Berhtel*. Lubrica, *Sliffend*. Probra, *Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

*Itemize*. Compar, *Ebenlich*. Praeco diei, *der Scerge des tages*. Jam, *Alzan*. Increpat, *Reffet*. Latro, *Scachær*. Mereamur, *Garnen*. Aula, *Pbalze*. Supplices, *Flegige*. Abstinencia, *Enthabentnusse*. Flamma, *Lovge*. Ne polluantur, *daz niht bewollen werden*. Famuli, *Scalche*. Infidiantes, *die Lagunden*. Refectis artibus, *gemüsten liden*. Illuminans, *Lubtare*. Sobrie, *mazliche*. Germen, *Chime*. Fecunda, *Berbaftiv*. Merfos, *Besovfte*. Torpet, *Slewet*. Lubrici, *Hæle*. Gurgiti, *dem Wage*. Tepescat, *Lawe*. Spes, *Gedinge*. Lumbos, *die Lanchen*. Exortus, *Vfrunst*. &c.

Fol. demum 187. Codicem terminant XXIV. Περικλοποι e variis Prophetis, Ecclesiastico et Sapientia, nescio quo sine, carptae, nisi dicas in Officio Chori tanquam *Lectiones* servuisse. Quaedam prolixiores sunt; ita prima ex *Isaia* C. XXXIII. a v. 2. ad 18. pertingit. Aliae breviculae, ut fol. 194. e *Sap.* C. III. v. tantum 7—9. constat. Singularis illa fol. 190. p. 2. ex *Isaiae* C. LXVI. a v. 10—16. neque enim cum graeca, nec cum vulgata Versione penitus consentit. Jam vero et hae Particulae glossas germanicas diligenter impositas habent, quarum non minus speciminis ergo difficiliore quasdam excerpam: *Disperfae* sunt gentes, *Zevüret sint Diete*. Foris, *Uzin*. Hypocritae, *Gelichsenære*. Habitare, *Buven*. Avaritia, *Gitecheit*. Grex, *Chorder*. Pugillus, *Gouf*. Animalia, *Chunter*. Insula, *Einlant*. Praeliator fufci-

fuscitabit Zelum, *Vrlioger erchubet ernest*. Sceptum, *Chunicger ten*. Festus, *Tultich*. Numquid, *Wergot*. Formosus, *Wolgetan*. In furore, *in Unsite*. In conspectu, *an Beschowede*. Holocausta, *Oblei*. Adjicies, *Erbaldest*. &c.

In fronte Codicis seu Psalterii a manu *συγγεγραφο* legitur: *Margret pötschin andrein*. Fundavit *Eberhardus II*. Archiep. *Salisburgensis* a. 1212. in *Carinthiae Valle Lavantina* Collegium Canoniorum Regular. ad *S. Andream*. Utrum etiam pro altero Sexu, non quidem reperio, suspicor tamen, cum exempla non desint. Significaret itaque *τὸ Andrein* Virginem canonicam *Andream*, quod nec a more loquendi Germanorum ablu- dit, et credibile fit ab ipsa Codicis ratione. Quid enim sacris Virginibus ex instituto latine psal- lentibus optabilius fit, quam ut eorum, quae cantare tenentur, fen- sum et vim lingua patria adse- quantur?

## LIX.

R. 2184 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 174. 4. luculente scriptus, rubricis et quibusdam literis initiorum deauratis et picturatis illustratus est *Psalterium Davidicum* adjunctis Canticis Bibli- cis, Hymno *Ambrosiano*, Oratione Dom. Fide Apostolica et *Athana- siana*, et Litanis OO. SS. Praeit *Calendarium* cum signis Zodiaci pulcre picturatum, in quo *Benedi- ctus* et *Bernbardus* miniati, et po- sterior quidem Sanctorum recen-

tissimus, unde colligo Codicem fu- isse *Cisterciensium*, et quidem ex inserta Scheda feminei Sexus, at- que adeo Parthenonis *Aulae Re- giae*, qui *Brunnae Moravorum* fu- it. Psalterii initium, ut et *Janua- rius* cum *Februario*, deperiit. Ea- dem jactura aliquot insuper locis per decursum *Psalterii* observa- tur. Singulorum Psalmorum initiis ad marginem manu *συγγεγραφο* addi- ta est quaedam ad B. V. *Mariam* adspiratio. Ita v. g. ad Pf. LIV. *Ave uirgo simplex ut columba, quae de mortis huius tumba sumptis pennis auolasti ad quietem, quam amasti*. In Litanis inter Martyres invocatur S. *Mamas*, cujus ratio me latet, cum alia SS. Nomina dubitare non finant, Codicem in *Germania* scriptum fuisse. Pag. ult. de *Cursu sancte Marie* non nisi initium superest.

## LX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2051 XIV. Folior. 116. 4. caractere crasso, luculento exaratus, et mi- nio illustratus, aevo tamen et usu fatis adtritum *Psalterium Davidis* est adjunctis Canticis Bibli- cis, SS. Litanis et Mortuorum Vigiliis. Praeit *Calendarium Januario* trun- catum, in quo *Uodalricus* et *Afra* rubricati, unde Dioecesin *Augu- stanam* arguo. Habet Obitus sat frequenter adnotatos Monacho- rum, Sacerdotum, Militum, Lai- corum, Monacharum, Laicarum partim jam extritos, quorum no- tari fortasse meretur 11. *Decembr. Dominus luopoldus de aychbach sa- cer-*